

II.
DE SCHOLAE AEQVIVOCIS.

SPLENDIDISSIMA LVCE ANNVA,
VII KAL. MAII, clb Idcc XXXXVIII,

QVA

SERENISSIMVS PRINCEPS AC DOMINVS,
D O M I N V S
FRIDERICVS III,

DVX SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MON-
TIVM, ANGARIAE QVOQVE AC WESTFALIAE, COMES
PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIO MISNIAE, PRINCIPIS DIGNI-
TATE COMES HENNEBERGIAE, COMES MARCAE ET RAVENS-
BERGAE, DYNASTA RAVENSTEINII ET TONNAE, REL.
PRINCEPS AC DOMINVS NOSTER LONGE CLEMENTISSIMVS,
VITAE GAVDET PRINCIPE,

VT

E A D E M

EMINENTISSIMVS HVIVS PROVINCIAE PRAESES,
PERILLVSTRES AVLAE PROCERES,
MAXIME REVERENDVS EPHORVS,

PRAENOBILISSIMI NOBILISSIMIQVE CVRATORES AC PATRONI,
PLVRIMVM ADMODVMQVE REVERENDI VERBI DIVINI PRAECONES,
OMNESQVE FAVTORES ET AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICAE,

ACTVM ORATORIVM

HORA IX ANTE MERIDIEM HABENDVM

PRAESENTIA SVA EXOPTATISSIMA CONDECORARE HAVD DEDIGNENTVR,
HVMISSIME, OBSEQVIOSISSIME, HVMANISSIME

ROGAT

M. IOH. DAVID GSCHWENDIVS, R.

EISENBERGAE,
TYPIS FLEISCHERIANIS.





* * *

DEVM, Cuius maiestas tanta est, quanta potest esse maxima, non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia et sanctitate laetari, gratioremque existimari, qui templis Ipsius puram castamque mentem, quam verba sesamo ac papauere sparsa intulerit, quum diuina sacrorum Bibliorum oracula admodum perspicue atque clare tradant; hac ipsa luce vitae dulcissimae quondam principe SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI FRIDERICI III, DVCS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE AC WESTFALIAE, COMITIS PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENBERGAE, DTNASTAE RAVENSTEINI ET TONNAE, REL. PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI, haud vitio mihi versum iri spero, quodsi vota exacto iam anno deuotissima pro CLEMENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI diuturna prosperitate suscepta, parum conto crispatoque scribendi genere Ei quoque soluo, a Cuius voluntate, nutu ac imperio pendent omnia. Cui bono verborum lenocinia, quum argumentorum gratum animum postulantium tanta copia sit, vt verear, ne adfectatis verborum flosculis reus adulationis, cuius impatientissimae PRINCIPIS aures sunt, vim illis demerem, nedum adderem?

NVTRITOREM scholae nostrae MVNIFICENTISSIMVM ad egregiam liberalitatem natura propensissimum hospitem nobis elapso fecit anno DEVS O. M. Praesto sitis Alumni, quibus SERENISSIMI PATRIAE PATRIS munificencia omni aeuo memoranda mensam videmus stratum tam lautam, vt nec desint, praefiscine hoc dixerim, nec defuturi diuini beneficii participes! Praeterea quum SERENISSIMI FRIDERICI PRINCIPIS *Maxime Reuerendi Ebori, Grauisimorumque Curatorum* vigilantissima cura sacram non modo et rectam, sed legibus quoque ac bonis constitutionibus ornatam et auctam habemus rem scholasticam: optimum litterarum Statorem prouidentissimum esse PRINCIPEM, inficias ire audeam? Ecquis est, cuius animum feralis istius tricennalis belli facies non terret, cuius membra torpor quidam insolitus non tenet, quum relatum legit, nobilitatem cum plebe miserrime periisse, enssem esse late vagatum, nec ferum ab illo pectore reuocatum, cruorem in templis stetitisse et multa caede maduisse saxa, nullique suam profuisse aetatem; leges inter crudelia haec arma siluisse, vim pudicitiae illatam, Musas exilio adfectas? Idem armorum strepitus, terribilis armorum clamor, densissima infantumque senumque strages nitissimo ac pulcherrimi otii studiosissimo PRINCIPLE imperante auditur? Elegantiora studia si vnquam, iam certe florent. Proinde Conferuatorem litterarum felicissimum PRINCIPEM celebremus SERENISSIMVM. Fingant fabularum conditores Apollinem Musarum Praesidem: quum OPTIMVS PATRIAE PATER in ornandis, augendis, tuendis scientiis atque artibus totus est; dignior vilius altero Salomone nostro Princeps est nominandus, qui Praesidis litterarum nomen tueatur magnificentissimum?

Quibus itaque laudibus DEVM tam benigne scholae nostrae facientem praedicem! Quas preces fundam, quod OPTIMVM PATRIAE PATREM ad hunc diem seruaui incolumem! TV, o DEVS, qui non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia et sanctitate laetaris, exaudias preces ex imo pectore profectas! Serues SERENISSIMVM PRINCIPEM! CVIVS valetudo sit incorrupta, vitae spatium quam longissimum, imperium tam diuturnum, quam maxime diuturnum esse potest! Firmissima pariter sit mentis ac corporis adfectione SERENISSIMA CONIVX CVM SERENISSIMO PRINCIPLE HEREDE TOTAQVE PROSAFIA SERENISSIMA AD TANTORVM PARENTVM ac patriae suauissimae spem et laetiam adolescente! Quin immo TOTA DOMVS SAXONICA GOTHANA SERENISSIMA sit omnium fortunatissima!

Adolescen-

Adolescentes, quos pietatis, modestiae et assiduam litterarum studium commendat,

IOHANNES AVGVSTVS TRILLERVS, Nostras,

SAMVEL DIETERICVS, Roepfenio-Ostlandus,

IOHANNES CHRISTIANVS GSCHWENDIVS, Altenburg.

IOHANNES GABRIEL WIMMERVS, Noebdenitio-Ostl. ingentibus

illis beneficiis obstrictissimi conscensa Cathedra meis sua ipsorum deuotissima vota sunt addituri, vt cunctae res ad SERENISSIMI FRIDERICI nutum fluant ac voluntatem! Vertitur, quod diuinæ gratiae debemus, pridie Iduum Octobris huius anni Saeculum, quo calamitosum intestinumque istud bellum Pragae X Kal. Iunii clō Ibc XVIII ortum feliciter in Westfalia compositum est. Occasioni inservientes primus diligenter inquireret, qui hostes puriorum sacrarum infestissimi sint dicendi; idiomate Germanico; alter, Oratione Latina, turpem securitatem detestabitur; tertius dicet de Evangelicae Religionis praesantia, Gallice; quartus denique egregia in Augustissimum r. r. Imperatorem et patriam tantum non oppressam Potentissimi Saxonum Electoris, Iob. Georgii I merita Oratione Latina vera praedicabit gloria.

In his Ornatisimos et Humanissimos Adolescentes Trillerum et Dietericum scholasticis non mediocrem partem exantlatis laboribus almam Salanam petitorios publicis munire litteris non nolui. Trillerus a teneris domestica ipsius Parentis institutione vsus curae tandem meae pridie Kal. Octob. clō Ibc XXXVIII est creditus. Ad docile ingenium moresque modestos ac obferuantiam, qua Curatores Spectatissimos aliosque coluit, praeter stirpis antiquitatem, gentis Trillerianae auctoris virtutis ornamenta, quibus de vtraque Potentissima Domo Saxonica immortaliter promeritus est, accedunt. Stemmatibus sua ipsius Viri quondam Nobilissimi Iureque Consultissimi, Domini Iob. Andreae Trilleri, Seren. Duci Saxonico Goth. a Provinciae huius Procuracionibus, Viri post fata Colendi, manu scripti B. L. copiam facere non piget:

Mein Johann Andreae Trillers Stammregister in linea recta ascendente ist folgendes: Der Köhler, so die Jungen Füßen von Sachsen, Erneck und Albertum, im Walde Grünbaum bey Elterlein Anno 1455 von Euns von Rauffung ereritet, hat George Schmid, besage eines uralten Briefs geheissen. Burchhard Schmid ware des Köblers leiblicher Sohn, ein Pulvermacher, wie solches eine alte Schrifft von 1513, in gleichen Churfürst Morizens Befehl, das Gnadenhorn einzuheben, von 1549, bezeuget. Barthol Schmid, Burchhards Sohn, wurde vom Churfürst Augusto TRILLER genannt. Blasius Triller, Barthols Sohn, war ein Buchsenmeister bey Pyro Königl. Majestät in Dennemarck. Blasius Triller, der andere dieses Namens, ware Stadtschreiber zu Crimmisschau. Abraham Triller, Blasii II Sohn, Bürgemeister daselbst. Der Sohn, auch Abraham Triller genannt, Stifftsprediger und Consistorial Assessor zu Altenburg. Johann Andreas Triller habe zu Altenburg von 1720 an bis 1723 aduocirt, und vermöge Fürstl. Gnäd. Befehls bey allen hohen und niedrigen Gerichten Admisionem gehabt; am 24 August. 1723 wurde bey Fürstl. Hochlöbl. Regierung zu Altenburg als Eisenbergischer Amtsadvocarius verpflichtet, zog aber erst am 7 Jul. 1724 dahin, und am 7 Jul. 1741 erhielt von Gnädigster Herrschafft das Praedicate eines Amtscommissarin.

Vt b. huius Viri filius, quocum in gratiam redire non memini, a Spiritu DEI et in Academia flecki regieque patriatur ac piorum Parentis maiorumque vestigia honestissima legat, quo SERENISSIMI PATRIAE PATRIS gratia in dies se digniorem faciat, in precibus meis est feruentissimis! Academiae Candidatum scholae nostrae decora, Iob. Christianus Ofthaz, Nostras, et Iob. Christophorus Gleismann, Dienstadio Thuringus; hic Idiomate Graeco, ille Germanico, sed ad numeros adstricto, pariter votis comitantur.

Dietericus, quem praestantissimi ingenii, indefesaeque diligentiae ac morum dulcedinis causa in oculis nunquam non tuli, V Iduum Maii, clō Ibc XXXVIII heic frequentare coepit. Idem ab illis annis, quibus pueritiam instituere consuecimus, linguis ac doctrinis ad morum humanitatem facientibus, a Parente, Viro Admodum Reueren-

Reuerendo, doctrinae pariter ac optimarum artium studiis Eruditissimo, D. M. Salomone Dieterico, olim Roepfeniano, iam Smidehusano Pastore Vigilantissimo, Meritissimo, quam dexterrime institutus eo vsque, DEO quidem adnuente, processit, vt primum locum in secundo ordine dignissime occuparet, semestri post vltimum in primo. In quo integrum triennium et quod excurrit, non otio turpi, sed quotidiana assiduitate et mirando plane studio triiuit, vt doctrina ne vllò quidem commilitonum inferior sit habendus. Hinc bona cum venia Eundem lenam abire patior, DEVM precatus supplex, vt Ipsius studia adeo fortunet, quo primas aliquando inrer Eruditos tenere queat! Etiam hunc Modestissimi Commilites Iohannes Christophorus Liebskind, Lichtenhahnio-Thuringus, et Iob, Fridericus Petri, Nostras, votis sunt excepturi, hic Ebraico Idiomate, ille Elegia Lat. conceptis.

Argumentum praemisissis non conuenientius esse duco, quam illud de Scholis, Priorem causam percepimus, *Quare satius sit, domi ac inter priuatos parietes studentem continere; posterior nunc prodeat: In studiis magis vnus vacabit vni.* Ast doctissimum et incomparabilem magistrum domi habeas: num tamen ille totum in vno diem consumpturus est? aut potest esse vlla tam perpetua discentis intentio, quae non, vt visus oculorum obtutu continuo, fatigetur, quum praesertim multo plus secreti temporis studia desiderent? In publicis contra ea scholis per plures ire possunt, etiam quae singulis tradenda. Pleraque enim hanc conditionem habent, vt eadem voce ad omnes simul perferantur, et quantuscunque numerus adhibeatur, tamen vnusquisque torum feret: non quippe vox illa Praeceptoris, vt coena, minus pluribus sufficit; sed vt sol vniversis idem lucis calorisque largitur. Quantum contra ea menti, quae priuata vritur institutione, damnum infertur! Aut languescit et quendam velut in opaco situm ducit, aut inani persuasione tumescit. Quum proferenda sunt studia, caligat illa in sole et omnia noua offendunt, vt quae sola didicerit, quae inter priuatos parietes facienda. Sed publice imbuti a teneris iam aslueti sunt, non reformidare homines, aliquando si in celebritate versandum, non pallescere, nec sibi nimium tribuere, quod sunt, quibus se comparent. Hi nulla re offenduntur, quod iam inter multos, quae facienda, didicerunt. Mitto auicinas, quae ad senectutem firmissime durant, religiosa quadam necessitate imbutae: neque enim est sanctius sacris iisdem, quam studiis initiari. Sensem ipsum, qui communis dicitur, vbi discit, quum se ab hominibus segregarit? Domi ea sola discere potest, quae ipsi praecipiantur; in schola etiam, quae aliis. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi; proderit alicuius obiurgata desidia, proderit laudata industria, excitabitur laude aemulatio; turpe ducet cedere pari, pulchrum, superas se maiores, accendunt haec omnia animos, et licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. Sed sicut firmiores in litteris profectus alit aemulatio: ita incipientibus atque adhuc teneris condiscipulorum, quam praeceptorum iucundior hoc ipso, quod facilius, imitatio est.

Sed et duae a quibusdam constituuntur Scholarum Clases, quarum aliae celebriores aliis: has dici, in quibus artes triuiales et doceantur et discantur; illas, in quibus res altioris indaginis tradantur.


Quod Superest, commune quidem Scholae vocabulum esse videtur, at et aliis nominibus *Spiritus S.* officinas appellari certum est: iam enim dicuntur Ludi, iam Ludi triuiales, item Paedagogia, Athenaea, Gymnasia, Lycea: de quibus singulis sigillarim in posterum quaedam dicenda.

P. P. Eisenbergae, d. VIII Kal. Maii, Cls lccc XXXXVIII,

✻ (0) ✻

onestum extolli potest orium,
ndum, execrandum. Id quo
adet strenuus ignaui osor, ca-
steronymus, aliquid operis face-
facile capi a Diabolo, qui bono

disime clasfes confitui pose
iptionisque tradi adsolent ele-
tiamu triuialis scientiae ludum
bus auditores ad altiora, aca-
vltima, quarum ordines fina-
alumni mira discendi cupidi
n ratione facta: sic institutio,
slimum loco tractanda videret
dentem continere, an frequen-
publico quidem more priuata



II.
DE SCHOLAE AEQVIVOCIS.

SPLENDIDISSIMA LVCE ANNVA,

VII KAL. MAII, c**b** l**o**cc XXXXVIII,

QVA

SERENISSIMVS PRINCEPS AC DOMINVS,
D O M I N V S
FRIDERICVS III,

DVX SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MON-
TIVM, ANGARIAE QVOQVE AC WESTFALIAE, COMES
PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIO MISNIAE, PRINCIPIS DIGNI-
TATE COMES HENNEBERGIAE, COMES MARCAE ET RAVENS-
BERGAE, DYNASTA RAVENSTEINII ET TONNAE, REL.
PRINCEPS AC DOMINVS NOSTER LONGE CLEMENTISSIMVS,
VITAE GAVDET PRINCIPE,

V T

E A D E M

EMINENTISSIMVS HVIVS PROVINCIAE PRAESES,
PERILLVSTRES AVLAE PROCERES,
MAXIME REVERENDVS EPHORVS,
PRAENOBLISSIMI NOBILISSIMIQVE CVRATORES AC PATRONI,
PLVRIMVM ADMODVMQVE REVERENDI VERBI DIVINI PRAECONES,
OMNESQVE FAVTORES ET AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICAE,

ACTVM ORATORIVM

HORA IX ANTE MERIDIEM HABENDVM

PRAESENTIA SVA EXOPTATISSIMA CONDECORARE HAVD DEDIGNENTVR,
HVMILLIME, OBSEQVIOSISSIME, HVMANISSIME

ROGAT

M. IOH. DAVID GSCHWENDIVS, R.

EISENBERGAE,
TYPIS FLEISCHERIANIS.